

Sapè mero caluisse virtus.

Tu lene tormentum ingenio admoves

Plerumque duro: tu sapientium

Curas, & arcanum jocosò

Consilium retègis Lyao.

Tu spem reducis memibus anxiis,

Viresque, & addis cornua pauperi,

Post te, neque iratos trementi

Regum apices, neque militum arma:

Te Liber, & si lata aderit Venus,

Segnesque nodum solvere Gratia,

Vivæque producent lucerna,

Dum rediens fugat astra Phœbus.

tur, sive senior; nam Cato Vti-
censis erat illius nepos: Cato-
nis virtus, pro Catone virtute
prædito.

Tu lene, &c. Tu expugnas se-
veritatem, ac duritiâ ingenii
asperioris; velut admotâ belli-
câ machinâ expugnâtur arces.

Cornua. Vires, audaciam.

Post te. Vbi plus adbibit.

Apices. Diademata, pote-
statem, & iram.

Te Liber, &c. Ordo est. Li-
ber, & Venus, si quidem læta
aderit, & Gratia; & lucernæ
vivæ te producent, usque dum
Phœbus rediens fugabit astra:
id est, producent convivium,

in quo tu vina nobis dabis;
per totam noctem.

Liber. Bacchus; qui Lyæus
etiam dicitur, quia liberos, &
solutos facit.

Segnes, &c. Quæ segnes, &
pigrae sunt, ad solvendum no-
dum, quo se invicem inferitis
dextris tenent: quæ mutuam
concordiam arcuissimè reti-
nent.

Vivæque. Tandiu lucerna vi-
vere censetur, quandiu ardet.

Producent. Proferent, pro-
trahent.

Dum, &c. In lucem: tu
continuabis epulas, per totam
noctem.



Dianæ pinum consecrat; verrem pro victima
pollicetur.

Montium custos nemorumque virgo,
Qua laborantes utero puellas
Ter vocata audis, admissæque letho,
Diva triformis:
Imminens villa tua pinus esto:
Quam per exactos ego lætus annos,
Verris, obliquum meditantis ictum,
Sanguine dorem.

Montium custos, &c. Diana,
sive Luna: partibus eadem di-
cebatur præesse; tumque Lu-
cina, & Ilithyia vocabatur.

Ter. Numerus ternarius re-
ligioni servit; ac vulgò in sa-
cris adhibebatur.

Triformis. Quia Luna tres
maximè phases, ut vocant, seu
species, & formas habet, cre-
scens, plena, decrescens: item
tria nomina; in Cælo vocatur
Luna; in terris, Diana; in In-
feris, Hecate, sive Proserpina.

Imminens. Incumbens. Si-
gnificat villam in declivi loco
sitam fuisse, & pinum illi ve-
lut impositam, in loco supe-

riori, & vicino consistam.

Tua. Tibi sacra; cujus in-
tutela sunt sylvæ, & arbores.

Exactos. Absolutos: verren-
te anno quolibet, quotannis.

Verris. Porcelli.

Obliquum. Majores dentes,
quibus porci utuntur, cum ali-
quam petunt, ita sunt dispositi
ad malæ latus, ut ictum nisi
obliquum inferre non possint.

Meditantis. Infigere pa-
rantis: sese ad obliquos ejus-
modi morsus inferendos exer-
tentis; sed frustra, quia propæ
sacram pinum immolabi-
tur.



Alcaica ut
1a

ODE XVII.

Phidilen monet, Deos rusticis, & minimè sumptuosus muneribus rectè coli posse.

Cælo supinas si tuleris manus,
Nascente Lunâ, rustica Phidiles
Si thure placâris, & horna
Frugè Lares, avidaque porcâ;
Nec pestilentem sentiet Africum
Facunda vitis, nec sterilem seges
Rubiginem, aut dulces alumni
Pomifero grave tempus anno.

Nam, qua nivali pascitur Algidò

Supinas. Sublimes, portestas Cælum versus, ita ut in Cælum respiceret, qui gestus erat supplicantium. Deos Cœlestes precabantur, manibus in Cælum sublatis; marinos, ad mare porrectis, Manes, & Inferos, terrâ manu vel pede percussa.

Nascente Lunâ. In noviluniis maximè sacrificia fiebant pro terræ frugibus; quibus augendis, aut minuendis præcipua Lunâ vis est.

Placâris. Ultima syllaba longa est, ob cæsuram, vel ob syncopen, placâris enim est, pro placaveris.

Hornâ. Præsentis anni: ab adjectivo, hornus; horna; hornum.

Frugè. Frumento.

Lares. Deos domesticos;

300

Penates etiam dicuntur. *Pestilentem.* Ob calorem humidum. Est autem Africus, ventus meridionalis.

Sterilem. Quia sterilem agros facit. Rubigo est vitium segetis, cum arista contabescunt.

Alumni. Pueri, & vernulæ tui; vel, fortis pecudum.

Grave tempus, &c. Subaudi, sentient: non sentient Cœli & tempestatis gravitatem, in anno pomifero, id est, in autumno; in qua parte anni fructus leguntur, & morbi in gravescunt.

Nam, qua, &c. Sensus est: majores illæ victimæ, quæ sacrificiis devotæ, & destinatæ, pascuntur in Algidò (mons est Italiæ) aut pascuis latis, prope Albam (Urbs est Latii) illa,

Devota, quercus inter, & ilices,

Aut crescit Albanis in herbis

Victima, Pontificum secures

Cervice tinget. Te nihil attinet

Tentare multâ cade bidentium

Parvos coronantem marino

Rore Deos, fragilique myrto

Immunis aram si tetigit manus;

Non sumptuosâ blandior hostiâ,

la, inquam, securi ferientur à Pontificibus, in majoribus videlicet, publicisque sacrificiis. Te verò nihil opus est tentare Deos tuos Lares multâ bidentium cæde; quæ coronare illos soles røre marino, & myrto. *Deos tentare,* est, in hoc loco, Deorum pacem, & beneficia exposcere, placare Deos velle, experiri quid ab iis obtineri sacrificio possit.

Devota. Vota, & promissa aris destinata.

Bidentium. Ovium, pecudû. Bidentes autem vocabantur; vel quia binos dentes hostiæ sic dictæ debebant habere, cæteris sex longiores; vel, quasi bidennes, pro, biennes; quia bimæ debebant esse.

Parvos Deos. Tuos Deos Penates, quorum statuæ parvæ sunt; vel, qui domui tuæ parvæ, & casulæ præsunt.

Immunis, &c. Ita sententiâ, & voces compone. Si, id est;

erit tua manus immunis, hoc est, sine muneribus, vacua magnis muneribus, aram tetigerit; tamen farre pio, nempe ieiuni munusculo, & piè oblato, mollibit Penatès; non blandior futura, id est, non aptior futura ad eos placandos, cum hostia sumptuosa; id est, si hostias ingètes, & sumptuosa munera iisdem offerret. Vel, in hunc modum; si, dummodo, tua manus immunis culpa; pura sceleris, aras tangat; tunc nulla hostia sumptuosa erit blandior, & aptior ad placandos Deos, quam farpium, & mica saliens. Eo sensu hostia nominativus casus erit: & in voce, *sumptuosa,* erit ultima syllaba producta, ob duas consonantes sequentes, in voce, *blandior.*

Aram tetigit. Solebant aras manu tangere, cum Diis supplicabant.

M 3

Mol.

Mollibit aversos Penates

Farre pio, & saliente mica.

Mollibit. Molliet, placabit. aræ impositum, conijciebant;
Aversos. Iratos. sal autem injectus igni, salit.

Farre. Hordeo molito, cui *Micâ.* Salis micâ, seu par-
sal mixtus. Vtrumq; in igne, ticulâ.

ODE XVIII.

Sæculi sui vitia insectatur, & eorum remedia
proponit.

Intactis opulentior *Guianæ*
Thesauris Arabum, & divitis India, Welopia.

Cæmentis licet occupes

Tyrrhenum omne tuis, & mare Apulicum;

Si figit adamantinos

Intactis, &c. Ordo est: li-
cet tu, opulentior Arabibus,
& Indis, occupes, & repleas
domibus tuis litus maris Tyr-
rheni, & Adriatici; tamen non
expedies animum curis, &
metu, nec corpus mortis ne-
cessitate. Avaros igitur primo
loco exagitat.

Arabum. Sunt in Asia, inter
Ægyptum, & Judæam, latro-
cinus suis infames, ac divites.
Intacti appellantur hęc, quia
non dum in eos arma Romani
verterant. Factum id postea,
Augusto decimum Consulatu
gerente, ab Ælio Largo. Vi-
de 2. Indicem Odarum.

India. Regio Orientalis est,
prope Sinam; quam medius
Ganges secat, gemmis, & au-

ro locuples.

Cæmentis. Molibus, cœ-
mento factis; quibus in maris
littore domos imponebant.
Vide Oden 1. hujus libri. Sunt
autem cæmenta, lapides mi-
nutatim cæsi.

Apulicum. Adriaticum, in
quo est Apulia, oppositum
Tyrrheno.

Si figit, &c. Si te mors, si
fati necessitas invadit, si cla-
vos summo vertici, id est, ca-
piti tuo, figit, quibus te attra-
hat, sibi que vindicet. Vnco
impacto rei trahebantur in
Gemonias. Vide lib. 1. Od. 29.
Potesť etiam ita explicari; si-
quidem necessitas, summorum
virorum, puta, Regum, &
Principum, verticibus injicit

mas

Summis verticibus dira necessitas

Clavos; non animum metu,

Non mortis laqueis expedies caput.

Campeſtres melius Scythæ

Quorum plaustra vagas ritè trahunt domos,

Vivunt, & rigidi Getæ;

Immetata quibus jugera liberæ

Fruges, & Cererem ferunt;

Nec cultura placet longior annuâ,

Defunctumque laboribus

Æquali recreat sorte vicarius.

Illic matre carentibus

Privignis mulier temperat innocens;

Nec dotata regit virum

manus suas clavis trabalibus
armatas; tu, illis tantò infe-
rior, non effugies, non vitabis
mortis laqueos.

Adamantinos. Duros instar
adamantis.

Expedies. Exolves, extrica-
bis. Sumpsum à gladiatore Re-
tario, qui conabatur caput
Mirmillonis implicare reti.
Vide Juvenalem à nobis ex-
purgatum, Satyr. 8.

Campeſtres. Qui mediis in cā-
pis, ac identidem mutatis, de-
gunt.

Scythæ, Getæ. Populi Se-
ptentrionales, ubi nunc Mo-
scovia, & Tartaria.

Immetata. Non distincta
metis, & limitibus.

Liberas. Nullius proprias,
omnibus communes.

Nec cultura, &c. Colendæ
terræ labor. Terram nemo
diutius uno anno colit; sed
postquam annuo labore ali-
quis eorum est defunctus, &
liberatus, eum vicarius, id est,
successor, qui vices ejus, & lo-
cum accipit, recreat fatiga-
tum, & quiescere juber, eā-
dem sorte nimirum, & tege,
nempe, ut post annum quoq;
laborem ipsi succedatur.

Illic, &c. Apud illos nover-
ca non nocet privignis, id est,
sui viri filiis, ex alia conjuge
susceptis; temperat sibi, & ab-
stinet ab eorum nece; in eo se
innocentem præstat, quòd ab
illorum nece temperat.

Dotata. Quæ dotem am-
plam viro attulit.

Regit. Illi imperat, viri est
domina. M 4 Con

Conjux, nec nitido fudit adultero.

Dos est magna, parentium

Virtus, & metuens alterius viri

Certo fudere castitas:

Et peccare nefas, aut pretium est mori.

O quisquis volet impias

Cædes, & rabiem tollere civicam;

Si quaret, Pater urbium,

Subscribi statuis, indomitam audeat

Refranare licentiam,

Clarus postgenitis; quatenus (heu nefas!)

Virtutem incolumem odimus,

Sublatam ex oculis querimus invidi.

Quid tristes querimonias

Si non supplicio culpa reciditur?

Quid leges sine moribus,

Fidit. Credit, gaudet.

Dos est, &c. Apud Scythas, & Getas, hæc est dos virginum præcipua, quod probis ortæ sint parentibus; quod castæ, & servantes certi, id est, conjugalis fœderis; quo ita se alligatas, & obstrictas viro suo putant, ut alterum fugiant.

Peccare. Fidem conjugalem violare.

Nefas. Nefas est, non licet. *Pretium.* Pœna est. Nefas sibi esse putant peccare; aut si peccant, merces peccati mors est.

O quisquis, &c. Hactenus de vitis dixit, avaritiâ, & impudiciâ; jam agit de remediis.

Rabiem civicam. Seditiones, bella civilia; quorum causæ

sunt vitia civium.

Quaret, &c. Optabit, ambiet, ut statuis suis istud elogium subscribatur, *Pater urbis, patria, &c.*

Licentiam. Auri, & voluptatum cupiditatem, cædes, flagitia.

Clarus, &c. Celebris futurus apud posteros, non suo avo; quatenus, id est, quia nos odio jam habemus homines virtute præditos, dum sunt incolumes, & vivunt; mortuos querimus, & amamus: quod fit ob invidiam.

Quid? Quò valent? quid juvant?

Reciditur. Amputatur.

Moribus, Virtutibus, studio

&

Vana proficiunt; si neque fervidis

Pars inclusa caloribus

Mundi, nec Borea finitimum latus,

Durataque solo nives,

Mercatorem abigunt? Horrida callidi

Vincunt aquora navita:

Magnum pauperies opprobrium, jubes

Quidvis & facere, & patis

Virtutisque viam deserit ardua.

Vel nos in Capitolium,

Quò clamor vocat, & turba faventium;

Vel nos in mare proximum,

Gemmas, & lapides, aurum, & inutile,

& amore prohibitis, five proba institutione: Non satis est cur deseratur virtutis via.

In Capitolium. Subaudi vocem infra positam, mittamus; comportemus, nimirum in templum Jovis Capitolini, gemmas, aurum, &c. aurum Deo, ac templis consecremus, ut à nobis repeti amplius nequeat, tanquam res sacra, & Superis addicta; ibique religioni, ac pietati serviat: vel proficiamus illud in mare.

Pars, &c. Zona torrida.

Latus, &c. Zona frigida, hyperborea.

Durataque solo. In solo, in agris: vel, ita ut solum, & solidum pavementum efficiant.

Abigunt. Deterrent à navigando.

Horrida. Procellosa.

Opprobrium. Quâ probrosam, & turpem falsò avari putant. Est autem hic ordo: pauperies (quæ magnum est opprobrium) cogit homines ad quidvis turpe faciendum, & ferendum; eademque deserit, id est, in causâ est

Gemmas. Gemma propriè est

cur deseratur virtutis via.

Gemmas. Gemma propriè est

Summi materiam mali,
Mittamus. Scelerum si bene panitet,
Eradenda Cupidinis
Pravi sunt elementa; & tenera nimis
Mentes a superioribus
Formanda studiis. Nescit equo rudis
Harere ingenuus puer;
Venarique timet, ludere doctior,
Seu Græco jubeas trocho,
Seu malis veritâ legibus alca:
Cum perjurâ patris fides
Consortem socium fallat, & hospitem
Indignoque pecuniam
Hæredi properet: scilicet improba
Crescunt divitiis; tamen

Carta nescio quid semper abest rei.

est lapis quidem pretiosus, at
pellucens, ut adamas, &c. La-
pis verò, alia quælibet gem-
ma, non perspicua.

Materia. Omnium criminū
occasionem, & irritamentum.

Cupidinis pravi. Amoris di-
vitiarum.

Elementa. Primordia, radi-
ces, fibræ ipsæ extirpandæ.

Tenera. Delicata.

Studiis. Exercitationibus.

Græco. A Græcis invento.

Trocho. Trochus, rota quædã
erat, sive circulus ferreus, in-
sertis annulis refertus, quæ vi-
catum pueri nō sine arte quãdã
& venustate, cum sonoro annu-
lorum tonitu, agitabant.

Seu malis. Seu malueris, à
verbo, malle.

Alca. Od. 4. lib. 1. Od. 1. & 5.
lib. 11.

Cum, &c. Neque id mirū, si-
quidē ipsius pater est perjurus,
qui socium, & hospitem falle-
re non dubitet. Perjuram fidē
vocat, quæ falso juramēto fir-
mata, & perjurio fuerit, ad
socium facilius decipiendum.

Consortem. Cum quo inuit
lucri, & damni societatem.

Properet. Properet, ac sedulo
querat, augere festinet.

Improba. Vel, quæ improbos
efficiunt: vel, quæ improbo la-
bore, summo studio colliguntur

Carta rei. Opibus exiguis.
Avaro suæ opes, etsi crescant
semper, tamen videntur bre-
ves, & spe sua minores, ac vo-
tis.

ODE

ODE XIX.

Se, Bacchi Numine afflatum, laudes Caesaris
non humili modo cantaturum.

QVò me, Bacche, rapis tui
Plenus: quæ in memoravi quos agor in spe-
Velox mente novâ quibus
Antris, egregii Caesaris audiar
Æternum meditans decus
Stellis inferere, & concilio Jovis
Dicam insigne, recens, adhuc
Indictum ore alio. Non secus in jugis
Exsomnis stupet Evias,

Hebrum prospiciens, & nive candidam

Tui plenum. Tuo afflatum
Numiæ: Entheco furore per-
citurum.

Agor. Ducor: rapi mihi vi-
deor.

Mente novâ. Novo afflatu,
quasi pennis sublatus, & velox
factus.

Meditans. Canens. Sic Vir-
gil. Sylvestri meditatur arum-
din: Musam.

Stellis inferere. Ordo, & sen-
tentia est: quibusnam in antris
cantabo, & audiar canere de-
cus æternum, laudes immorta-
les, facinora præclara, Caesar's,
eaque inferere stellis, hoc est,
ad Cœlum tollere, & ipsum
Caesarem cœtui Deorum, e qui-
bus concilium Jovis conitat,
adscribere? Augustus, adhuc

superstes, inter Divos relatus,
& Deus appellatus est.

Dicam insigne. Aliquid exi-
mum de Cesare cantabo, res
novas, nulli antea dictas.

Non secus. Non alio furore
Mænades corripuntur, quam
quo me percussum nunc sentio.

In jugis. In montibus Bac-
cho sacris, qualis est Parnassus,
Rhodope.

Exsomnis. Sine somno, vigil.
Orgia, sive sacra Bacchi, noctu
agitabatur. Vel, soluta somno,
postquam furorem quasi edor-
mivit, & ad se rediit.

Evias. Bacchi sacerdos mu-
lier, & comes, ab Evius, id est,
Bacchus. De quâ voce dictum
sæpe antea.

Hebrum, Thraciæ fluvium,
Thra-

*Thracen, ac pede Barbaro
Lustratam Rhodopen. Ut mihi devio
Rupes, & vacuum nemus
Mirari libet! O Naiadum potens,
Baccharumque, valentium
Proceras manibus vertere fraxinos;
Nil parvum, aut humili modo;
Nil mortale loquar: dulce periculum est,
O Lenae, sequi Deum,
Cingentem viridi tempora pampino.*

Thracen. Thraciam, aquâ temperandum.
Barbaro. Pedibus Thracum, *Valentium, &c.* Id est, quæ
qui ad tua, ò Bacche, festa ce- Bacchæ valent, possunt, fraxi-
lebranda, in Rhodopen con- nos altas evertere. Euripides,
veniunt, eamque pervagantur. in Bacchis, ait Pentheum inse-
Græci ceteros omnes populos quente Agave, & Mænadibus,
vocabant Barbaros. Adde quod in fraxinum, seu abietem, as-
Thracen, ob asperitatem regio- cendisse; eamque arborem sta-
nis, erant in primis barbari, tum à Bacchis eradicatam, &
& inculti. dejectam cum Pentheo fuisse.
Vide Oden 16. lib. 3.

Ut mihi, &c. Quam ego li-
bens, & latus aspicio, miror-
que illas rupes, illud solita-
rium, & vacuum hominibus ne-
mus! quam libenter devius huc,
illuc aberro, & spatior!

Naiadum potens. Ut Vene-
rem Cypri potentem lib. 1. di-
xit; sic Bacchum Naiadum po-
tentem, id est, dominum, du-
cem, vocat. Naiades sunt Nym-
phæ fontium, dantur illæ co-
mites Baccho, quia vinum

✽()✽

ODE

ODE XX. *Alcaica ut 8a
Se nuncium rebus ludicris remittere. hujus libri*

Vixi choreis nuper idoneus,
Et militavi non sine gloria:
Nunc arma, defunctumque bello
Barbyton, hic paries habebit,
Lævum marina qui Veneris latus
Custodit. Hæc, hic ponite lucida
Funalia, & vestes, & arcus
Oppositis foribus minaces.

O, qua beatam Diva tenes Cyprum, &

Nuper. Dum essem junior. fuit, emeritus.

Militavi. Lulii, genio indul- *Lævum.* Læva, seu sinistra
si: habet enim sua castra, & pars minus est honorata: ita-
arma Cupido, ut ait Ovidius. que, in Veneris honorem, ad
ejus sinistram latus lyram ponit.

Arma. Versus, lyram. So-
lebant milites emeriti, enses;
artifices qui deponebant artem
aliquam, instaurare suæ ar-
tis, Deo illius artis præfidi cō-
secrare, & suspendere. Itaque
Horatius barbyton, sive ly-
ram suam, quæ versas olim
amatorios scripserat, Veneri
consecrat, ac suspendit e pa-
riete, ad lævum latus statuæ
Veneris, quam in eodem pa-
riete domi suæ habebat.

Funalia, &c. Juvenes pro-
tervi, & petulantes solebant
urbem noctu circumcurrere
cum lampadibus, vestibus, ar-
cubus, &c. illisque armis fo-
res evertebant: unde illos ar-
cus vocat minaces foribus op-
positis, seu clausis.

Defunctumque bello. Cessan-
tem à bello, nempe à ludicris
carminibus. Defunctus opere
aliquo dicitur, qui illud ab-
solvit; bello, qui bello jam
carcer; in quo versatus atrea

Divæ. Venus. *Tenes.* Obrines, regis. Vide
Oden 3. libri 1.

Mm-

*Memphim carentem Sithoniâ nive,
Regina, sublimi flage lo
Tange Chloën semel arrogantem.*

Memphim. Urbem Egypti primariam, ubi calores sunt maximi. Quare illam carente dicit nive Sithoniâ, id est, frigore aspero, quale est in Thracia, regione Europæ frigidâ, & Septentrionali, quæ olim dicta est Sithonia.

Sublimi. In altum sublato; ut ictus sit vehementior.

Chloën. Mulierem superbam, & ferocem: eam à Venere puniri orat.

Semel. Saltem semel tange; sed ita, ut plagam probe sentiat.

Saphica ut 7^a

O D E XXI.

Galateam, mari se committuram, faustis ominibus prosequitur; simulque deterrere ab itinere conatur, Europæ exemplo.

Impios parva recinentis omen

Ducat, & prægnans canis, aut ab agrâ
Rava decurrens lupa Lanuvino,
Fœtaque vulpes:

Impios, &c. Homines impios, iter aggressuros, ducant sanè, ac prosequantur mala omina, quale est, vox parvæ (est avis sinistra) recinentis, id est, iterum atque iterum carentis; occurfus canis fœta, aut lupæ ravæ, hoc est, rufæ, descendens ab agro Lanuvino, &c. vel serpentis transversæ, & instar jaculi jacentis humi, & equos territantis,

Omen. Propriè vox est hominum ore prolata, Divino tamen nutu, quæ aliquid faciendum significat.

Rava. Ravus color est inter flavum, & cæsius.

Lanuvino. Lanuvium est vicus in via Appia, per quâ iter factura erat Galatea, Brundisium versus (ubi portus erat maris Adriatici celeberrimus) & inde in Græciam solutura.

Bum.

*Rumpat, & serpens iter institutum;
Si per obliquum similis sagitta
Terruit mannos: ego cui timebo
Providus auspex,*

*Antequam stantes repetat paludes
Imbrium divina avis imminentiam,
Oscinem corvum prece suscitabo
Solis ab Ortus.*

*Sis licet felix, ubicumque mavis,
Et memor nostri Galatea viras:
Teque nec laurus veteri ire picus,
Nec vaga cornix.*

Sed vides quanto trepidet tumultu

Institutum. Inceptum.

Si per. Itud, Si, ponitur pro eum: ita Catul. *Si luxerit,* id est, cum lucebit.

Mannos. Manni sunt equi exigui.

Ego cui, &c. Legendum est hoc sine interrogationis notâ, hoc sensu: ego cui timebo, id est, si quem charum habebo, cui omnia secunda cupiam evenire; in illius gratiam, precibus incis conabor obtinere à Diis, ut appareat illi corvus oscen ab Oriente; idque faciã auspex, augur providus, antequam cornix repetat paludes, ibique crocians pluviam provocet, ac prælagiat. Auguria enim capi non poterant, nisi sereno Cælo.

Stantes. Pigras, desides, stagnantes,

Divina. Prænticia, prælagas.

Oscinem. Illæ aves oscines dicebantur, quæ augurium præbebant cantu, quasi, oricines; præpetes, quæ volatu.

Ab Ortus. Corvus ab Ortus volans erat felixis omnis. Qui captabant auguria, Orientem Solem spectabant, ut Cæli partem auspiciatissimam.

Sis licet, &c. Per me licet sis felix; cupio tibi omnia bene evenire: sed tamen vide, quæso, quid agas, &c.

Mavis. Subaudi esse: ubicumque, ubi sis, felix esto.

Laurus. A sinistra volans, quæ pars mali omnis cætebatur. Picus Martius avis quædã est, arborum corticẽ tundens rostro.

Trepidet. Agitet omnia, & perturbare incipiat.

Tumultu. Mugitu ventorũ, & maris motu. *Præ-*

Pronus Orion: ego, quid sit ater
Adria novi sinus; & quid albus
Peccet Iapyx.

Hostium uxores, puerique cecos
Sentiant motus orientis Hædi, &
Æquoris nigri fremitum, & trementes
Verbere ripas.

Sic & Europe niveum doloso
Credidit tauro latus; & scatenem
Belluis pontum, mediasque fraudes
Palluit Audax.

Pronus. Vergens in occasum,
devertex: tunc enim tempesta-
tes excitat gravissimas.

Quid sit. Quam periculo-
sis tempestatibus scateat.

Albus. Nubilis, frigidus.

Iapyx. Ventus ex Apulia
flans, commodus Græciam
petentibus illè quidem, ac
proinde Galatææ optandus, sed
infidus tamen, ut Horatius
ait, & qui peccare, id est, tem-
pestatem interdum soleret ex-
citare.

Hostium, &c. Hostibus im-
precari solebant mala, quæ ab
amicis vellent amoliri.

Cecos. Improvilos, ignotos.

Hædi. Vide Od. i. hujus lib.

Verbere. Fluctuum, ripas
fundentium in tempestate.

Sic &c. Ut tu, ò Galatæa,
nihil vides quod metuas; sic
Europe tauro se credidit, ac
ponto, nihil periculi metuens;

quod experta tamen est gra-
vissimum.

Europe. Nota fabula de Jo-
ve in taurum mutato, & Eu-
ropam vehente; hinc orta,
quod Europe, Agenoris Phœ-
nicum Regis filia, rapta fue-
rit à quodam Rege Crætæ,
qui, vel Taurus vocaretur,
vel navi, Tauro dictâ, vehe-
retur.

Doloso. Qui Deum tegebat.

Credidit. Commisit: im-
pulsit se tauri tergo, à quo est
abrepta medias in undas.

Scatenem, &c. Plenum
portentosis piscibus.

Mediasque, &c. Media pe-
ricula expalluit, quamvis esse
audax. Fraus sæpe pro peri-
culo sumitur. Vel se tantum
deceptam sensit, cum in me-
dia fraude esset; cum nihil
opis aut remèdii superesset.

Nuper in pratis studiosa florum, &
Debite Nymphis opifex corona,
Noctè sublustri, nihil astra præter
Vidit, & undas.

Quæ simul centum tetigit potentem
Oppidis Crætæ, Pater, ò relictum
Filia nomen, pietasque, dixit,
Victa furore.

Impudens liqui patrios Penates:

Impudens Orcum moror. O Deorum

Si quis hac audis, utinam inter errem
Nuda leones!

Vilis Europe, pater urget absens;

Quid mori cessas? potes hac ab orno

Pendulum, zonâ venè te securâ,

Ladere collum.

Nuper, &c. Ordo est: quæ
nuper, quæ paulò antè, in pra-
tis erat opifex studiosa florum,
quæ flores legebat, ut ex iis te-
xeret coronâ Nymphis debitâ,
id est, promissam, eadè Europa
noctè sublustri, hoc est, subob-
scurâ, nihil vidit præter astra,
& undas; subaudi, nempe à
tauro rapta per medium mare.

Simul, &c. Simul atque per-
venit in Crætam, in qua olim
Urbes centum fuisse ferunt.

Pater, ò, &c. Ordo est: dixit
hæc amens, & furore victa, fu-
renti similis: O pater, quod no-
men rejectum, & violatū est à
me tuâ filiâ! ò pietas, quæ spre-
vi, patre, ac patriam deserèdo!

Orcum moror. Manes in vi-

ta, superstes sum, Plutonem
demoror, qui me, ut sibi de-
bitam expectat. Orcum vide-
tur is morari, qui non mori-
tur tum, cum mori debet.

Ipter, &c. Errem inter leo-
nes, ut ab iis discerpar.

Vilis Europe. Seipsam com-
pellat: O vilis, id est, infelix,
& perditâ Europa, quæ patriâ,
& patrem deseruisti, quibus
rebus nihil tibi carius debebat
esse, en tuus te pater, quamvis
absens, urget, tibi scelus ex-
probrat. Audisne illum incre-
pantem? Quid præterea cessas
mori, quid cunctaris?

Hac Orno. Vicinam arborum
rem aspicit.

Te securâ. Fortè cæterarum

Sive terupes, & acuta letho
Saxa delectant; age, te procella
Crede veloci; nisi herile mavis

Carpere pensum,

Regius sanguis, dominaque tradi
Barbara pellex: Aderat querenti
Perfidum videns Venus, & remisso

Filius arcu:

Mox ubi lusti satis, Abstineto,
Dixit, irarum, calidaque rixa:

Cum tibi inuisus laceranda reddet
Cornua taurus.

Uxor inuisi Jovis esse nescis?

Mitte singultus; bene ferre magnam

Disce fortunam: tua sectus orbis

Nomina ducet.

vestium partem amiserat. Bene est, inquit, quod relicta tibi zona sit, cui collum inferas, faucesque tibi frangas.

Acuta letho. Prærupta, & opportuna ad mortem oppetendam facilius.

Procella, &c. Mari procelloso. Projice te in atros fluctus, qui te cœlestium hauriant.

Herile pensum. Lanæ portionem quamdam, tibi ab hera Barbara datam, quam trahere cogaris tu, quæ Regio sanguine es nata, & tradi illius heræ marito, ut sis ejus pellex.

Perfidum. Perfidiosè, improbè.

Remisso. Soluto.

Filius. Veneris: Cupido.

Ubi lusti, &c. Ubi Venus,

fatis risit Europam gementem: Noli, inquit, adco in illum, qui te rapuit, taurum crudelis esse, cum tibi afferet sua cornua discerpenda. An ignoras, te uxorem esse Jovis, qui in taurum illum mutatus est? Nescis uxor esse Jovis, Græca locutio, pro, nescis te esse uxorem Jovis.

Mitte. Omitte.

Tua sectus orbis, &c. Pars una ex his, in quas divisus est orbis, tuum nomen accipiet: nempe Europa, quam ab hac Europe dictam volunt.

Dioscorus ODE XXII.

Hortatur Lyden, ut festum Neptuni diem bibendo, & canendo transigat.

3. p. d.
Apid.
et c.

Festo quid potius die, *Glionius = Vny-*
Neptuni faciam? *Prome reconditum, Ardepiadè*
Lyde, strenua Cæcubum,
Munitaque adhibe, vim sapientiaz,
Inclinare meridiem,
Sentis, ac veluti set volucris dies,
Parcis deripere horreo
Cessantem Bibuli Consulis amphoram?
Nos cantabimus invicem
Neptunum, & virides Nereidum comas:
Tu curvâ recines Lyrâ

Latonam, & celeris spicula Cynthia:

Festo. Istud Neptuni festum celebrabatur Calendis Septemb.

Quid, &c. Quid potius faciam, & melius, quam bibam?

Prome. Profer ex apotheca.

Strenua. Confestim, properè.

Munitaque, &c. Expugna tuam illam sapientiam, & modestiam, quæ contra jocos, & hilaritatem videtur munita esse.

Inclinare. In occasum vergere.

Parcis? Cessas, moraris?

Deripere. Citò detrahare: è summa ædium parte, ubi vina

in amphoris condita, Cælo interdum sereno supposita, vel fumo excocta, veterascebant.

Cessantem. Jam diu otiosam.

Bibuli Consulis. Abditam anno V. C. 694. in horreum, sive cellam vinariam, nomine Bibuli inscriptam in operculo, pro more.

Invicem. Alternis.

Nereidum. Sunt Nerei filia; Deæ maris.

Curvâ. Cavâ, è curvo ligno, & excavato factâ.

Cynthia. Diana; sic dicta à Cyntho, monte Deli. Celerem vocas, quia venatrix; vel quia Luna suum orbem celerimè perficit.

Summo carmine, qua Gnidon
Fulgenteſque tenet Cycladas, & Paphos
Junctis viſit oloribus.

Dicetur meritū Nox quoque naniā.

Summo. Extremo, poſt cætera carmina.

Qua Gnidon, &c. Venerem. Gnidus eſt urbs Caria: Paphus, Cypri: quibus in locis præcipuè Venus colebatur.

Cycladas Inſulas Egæi maris. Fulgentes vocat, quia eminūs apparent, obſcopulos quibus abundant, & ſpumam,

quam efficit mare ad ipſas aliliſum.

Junctis. Suo currui.

Meritū. Quia per noctem compotaturi erant.

Naniā. Carmine jocoſo. Naniā enim pro ejuſmodi cantilena interdum ſumitur: vel, pro carmine ſubtriti, quod nocti, ac tenebris conveniat,

Alcaica ut 1^a. ODE XXIII

Mecœnatem invitāt ad frugalem cœnam, & ut ſeveriores curas Fortunæ, Superiſque permittat, monet.

Tyrhena Regum progenies, tibi,
Non antè verſo lene merum cado;
Cum flore, Mecœnas, roſarum, &
Preſſa tuis balanus capillis

Tyrhena, &c. O Mecœnas, qui es Regum Tyrhonorum progenies, progenitus ab Etruſcis Regibus, tibi eſt apud me, tibi ſervatur domi meæ, lene merum in cado nondum inverſo, id eſt, ex quo nondum hauſtum eſt vinum: os enim dolii erat in ſuperiori ejus parte; quocirca inverſi, & ver-

sūs humum inclinari dolium neceſſe erat, cum ex eo vinum hauriretur.

Balanus. Glans quadam odorifera, ex qua exprimebatur oleum, ſive unguentum primæ notæ. Senſus eſt: habeo etiam apud me balanum, ex qua oleum eductum eſt, ad capillos tuos unguendos.

Jam

Jamdudum apud me eſt. Eripe te moræ
Ne ſemper udum Tibur, & Æſula
Declive contempleris arvom, &
Telegoni juga parricida.

Fastidioſam deſere copiam, &
Molem propinquam nubibus arduis;
Omitte mirari beata

Fumum, & opes, ſtrepitumque Romæ.

Plerumque grata divitibus vices;

Mundaque parvo ſub Lare pauperum

Cana, ſine aulais, & oſtro,

Sollicitam explicuere frontem.

Jam clarus occultum Andromeda pater

Eripe te moræ. Eripe te, ac ſubducito iis rebus, quæ temorantur, & impediunt quominus ad nos venias, genium cures.

Ne ſemper, &c. Deſere aliquando tuam domum, magnā mole uſque ad nubes eductam, ex qua ſoles contemplari Tibur, Æſulam, & Tuſculum; vicinas Romæ urbes.

Udum. Propter aquarum copiam.

Declive. In colle poſitum.

Telegoni. Telegonus, filius Ulyſſis & Circe, patrem imprudens interfecit, Tuſculum condidit.

Fastidioſam. Quæ ſtultitiam, & ſatietatē parit.

Copiam. Luxum, lautitias menſarum, &c.

Molem. Domum tuam,

Fumum. Pompam, ſpectacula, gloriam.

Plerumque, &c. Grata ſunt ſæpe divitibus vices, id eſt, viciffitudo, & mutatio, cum dapes opiparas, ac menſas mutant frugalibus, & parcis.

Munda. Nec ſordidæ, nec ſumptuoſæ.

Aulais. Aulæa ſunt vela, quibus lacunar deſuper integitur, nequid in menſam ſuſpoſitam decidat.

Oſtro. Veſtibus purpureis, quibus leſtuli internebantur.

Sollicitam, &c. Curas divitibus ademere, eos exhilarant. Triftitia frontem in rugas contrahit; explicat lætitiā, & exporrigit.

Jam clarus, &c. Jam ſignum Cœleſte, Cepheus, (Æthiopum olim Rex, & Andromedes

N₃

P₂

Ostendit ignem; jam Procyon surit,
Et stella vesani Leonis,
Sole dies referente siccos.

Jam pastor umbras cum grege languido,
Rivumque fessus querit, & horridi
Dumeta Sylvanis caretque
Ripa vagis taciturna ventis.

Tu, civitatem quis deceat status,
Curas, & Urbi sollicitus times,

Quid Seres, & regnata Cyro
Bactra parent, Tanaisque discors.

Prudens, futuri temporis exitum

pater, inter sidera beneficio
Minervæ repositus) oritur, &
suas stellas antea occultas ostē-
dit. Oriri dicitur septimo Idus
Jul. Est istud sidus, ad caudam
minoris Vrsæ.

Procyon. Signum cæleste.
Canis minor: sive canicula, ut
quidam volunt.

Leonis stella. Signum Leo-
nis; quod ingreditur Sol exē-
te Julio. Inter stellas, è quibus
constat, una est præcipua, quæ
cor Leonis vocatur.

Siccos. Aëtuosos.

Languido. Ob æstum.
Sylvani. Sylvanus, Deus
Sylvarum, è Satyrorum erāt
gente, caprinis pedibus, pro-
missa, & hirsuta barba: unde
hic vocatur horridus; vel hor-
ridi explicæ, asperi ob vepres,
& sylvas, quibus gaudet.

Caretque, &c. Significatur

æstus maximus, qui nullo vērō
leniatur, ne in ipso quidē litto-
re, ubi sunt frequentiores venti.

Urbi sollicitus, &c. Anxius
ne quid Roma detrimenti ca-
piat. Erat Mecœnas tum Præ-
fectus Urbis.

Seres. Asiæ populi, propè
Indos.

Bactra. Pluralis numeri, &
neutrius generis ea vox est.
Urbem primariam significat
regionis Asiaticæ, propè Scy-
thiam, quam Cyrus, Persarum
Rex, olim domuit.

Tanais. Fluvius est, in fini-
bus minoris Tartariæ, Euro-
pam ab Asia dividens, olim
Scytharum regionem alluens.

Discors. Quia Scythæ, Parthi,
& alii circa fluvium hunc positi
Orientis populi, sibi disside-
bant, domesticis bellis agitati.

Prudens, &c. Certo confi-
lio.

Caliginosà nocte premit Deus;
Ridetque, si mortalis ultra
Fas trepidat. Quod adest, momento

Componere aquis: cætera fluminis
Ritu feruntur, nunc medio alveo
Cum pace delabentis Etruscum
In mare, nunc lapides adesos,

Stirpesque raptas, & pecus, & domos
Volventis unâ, non sine montium

Clamore, vicinæque sylvas

Cum fera diluvies quietos

Irritat amnes. Ille potens sui,

Latusque deget, cui licet in diem

Dixisse, Vixi. Cras vel atra

Nube polum Pater occupato,

lio. Sensus est: consulto Deus
futararum rerum eventus nobis
ignotos esse voluit; ridetq; ho-
mines, cum trepidant, id est,
solliciti sunt, ultra id quod
ipsis licet, quod commodè pos-
sunt; nempe si de futuris, quæ
in ipsorum potestate non sunt,
nimis anxii sunt.

Quod adest, &c. Da operam,
ut componas, id est, rectè or-
dines, & æquo animo consti-
tuas ea, quæ presentia sunt: nam
cætera, id est, futura, modò
pacata sunt, modò turbida, &
inquieta; more fluminis, &c.

Etruscum mare. Alluit Italiã,
ab Occidente, & Meridie.

Lapides adesos. Verustate, vel
aquis, corrosos, & cominutos.

Stirpesque, &c. Arborea ab

radicibus evulsas.

Unâ. Simul.

Diluvies. Aquarum subita
vis, & inundatio.

Irritat. Quasi provocat ad
stragem agris inferendam, &
in furorem agit.

Potens sui. Sui compos, &
dominus.

Deget. Vivet.

Cui licet, &c. Qui hoc pote-
rit verè pronuciare: Ego vixi
in diem, id est, presentem tan-
tum diem curto, de crastino nõ
laboro; presentibus rebus ac-
quiesco, & contentus sum.

Pater, &c. Deus Jupiter.
Sententia est: cras Deus statuat
quod liberit; vel claram, &
serenam diem, vel obscuram,
& nubilam orbi donet; non ta-

Vel Sole puro, non tamen irritum
 Quodcumque retro est efficiet; neque
 Dissinget, insectumque reddet,
 Quod fugiens semel hora vexit.
 Fortuna sero lata negotio, &
 Ludum insolentem ludere pertinax,
 Transmutat incertis honores,
 Nunc mihi, nunc aliis benigna.
 Laudo manentem: si celeres quatit
 Pennas, resigno qua dedit, & mea
 Virtute me involvo, probamque

men efficiet, ut quod est retrò,
 id est, quod est præteritum, &
 factum, sit irritum, hoc est, inse-
 ctum sit, & non præteritum.

His verbis innuit, id solum esse
 nostrum, quod viximus; nullum
 in præterita jus esse Fortunæ.

Occupato. Tertia persona
 imperativi.

Dissinget. Destruet, mutabit.
 Fingere propriè, est ex argilla
 vas formare: dissingere, est, vel
 destruere quod fictum, & for-
 marum est, vel reformare quod
 est fractum, & quassatum.

Quod fugiens, &c. Quod
 tempus secum abstulit, quod
 semel præterit.

Fortuna, &c. Quæ favire
 gaudet, hominè,que, ut pilas
 exercere, ac jactare adversis re-
 bus: cujus negotiū, & occupa-
 tio videtur una esse, ut negotiū
 nobis faceat, nos ludat.

Insolentem. Inexpectatum;

vel, odiosum, & superbum.

Transmutat. Huc illuc cre-
 bra mutatione transfert.

Manentē. Apud me constan-
 ter habitantē; mihi faventem.

Si quatit pennas. Si avolat, si
 me deserit. Solent enim aves
 avolantes pennas concutere.

Resigno. Reddo illi, & resti-
 tuo. Sumitur ea vox à re num-
 maria: qui enim pecuniam red-
 debant, quam acceptam signi-
 ficaverant in argentarii, aut
 creditoris tabulis, illi reddita
 demonstrabant suo signo, &
 nomine, vel delero, & inducto,
 vel iterum scripto, & signato:
 qua etiam significatione acci-
 piatur verbum, *rescribo*; de
 quo vide Satyram 3. libri 2.

Me involvo. Ut veste, quæ
 nos à frigore defendit; ita mea
 me virtute contra Fortunæ
 vim, & injuriam munio.

Paup-

Pauperiem sine dote quaro.
 Non est meum, si mugiat Africis
 Malus procellis, ad miseras preces
 Decurrere, & votis pacisci,
 Ne Cypria, Tyriaque merces
 Addant avaro divitias mari.
 Tunc me biremis præsidio scapha
 Tutum per Ægaos tumultus
 Aura feret, geminusque Pollux.

Sine dote. Sine Fortunæ mu-
 neribus. Contentus sum pro-
 bitate paupere; & illam tan-
 quam uxorem indotatam non
 respicio.

Non est meum, &c. Senten-
 tia est: non is ego sum, ut ve-
 lim augere meas opes naviga-
 tione, & commercio, & vota
 facere Superis, dum tempestas
 faviet, malusque navis meæ,
 procellis à vento Africo exci-
 tatis verberatus, stridebit, ac
 ingemiscet; votisque illis qua-
 si pacisci cum Diis, & ab illis
 e mere, ut ne meæ merces, quas
 è Tyro, aut Cypro advexerim,
 demergantur in mare, quod
 multorum jam opes hausit, ser-
 vatque instar avatorum. Nun-
 quam ego peregrinis mercibus
 preciosis navim onerabo, qui-
 bus timeam, scilicet ne, in-
 gruenste tempestate, pereant;
 sed si tempestas faviat, navi-
 gante me, tunc ego, de nulla
 re, præterquam de capite meo,

& salute sollicitus, descendam
 in scapham biremem, id est,
 naviculam exiguam, & tutus
 Deoram præsidio, per tumultu-
 antes in Ægæo mari procel-
 las, leni vento à Polluce im-
 missos, in portum vehar.

Biremis. Quæ duobus remis
 tantum agatur.

Scapha. Solent ejusmodi sca-
 pha adjungi majoribus navi-
 giis, ut, si periculum ingruat,
 in eas vectores possint se reci-
 pere.

Geminusque, &c. Conjun-
 ctus cum suo fratre Castore:
 vel, gemellus, qui eodem par-
 tu editus est è Leda cum fratre
 suo Castore. Ignis quidam, &
 erraticæ exhalationes, seu va-
 pores, instar stellarum appa-
 rent interdum in mari, & re-
 renitatis indicium faciunt. Vocan-
 tur Castor, & Pollux; ac
 nautis favere dicuntur, maxi-
 mè si duo simul appareant.

ODE

Iambica.

O D E XXIV. *Monoscilo*

Immortalem sibi ab lyricis versibus gloria
riam adpromittit.

EXegi monumentum aere perennius,
Regalique situ Pyramidum altius;

Quod non imber edax, non Aquilo impotens;

Possit diruere, aut innumerabilis

Annorum series, & fuga temporum.

Non omnis moriar: multa que pars mei

Vitabit Libitinam: usque ego postera

Crescam laude recens, dum Capitolium

Scandet cum tacita virgine Pontifex.

Exegi, &c. Perfeci carmina,
que ingenti mei, & eruditio-
nis monumentum erant durabili-
us omnibus ex aere monumē-
tis, & operibus. Potest hoc lo-
co monumentum accipi proprie
pro sepulchro; quasi diceret:
Reges Egypti sibi Pyramides
olim pro sepulchris erexerunt;
ego illustrius mihi sepulchrum
condidi, &c.

Situ. Basi, substructione.

Pyramidum. Erant Pyrami-
des, saxea quedam moles, e
basi quadrata in acumen sur-
gentes, mira altitudine, & am-
plitudine; ab Egyptiis Regi-
bus edificatae, ut in iis morte
obita, conderentur.

Impotens. Vehementer sa-
viens.

Omnis. Totus.

Multa que pars mei. Inge-

nium, mens, fama.

Vitabit, &c. Morte effugiet.

Erat Libitina, Dea funerum.

Usque ego, &c. Semper ego
nova, & recenti, id est, non
senescenti laude apud posteros
vigebo; & in dies magis, ma-
gisque celebrabor.

Dum, &c. Donec Romanum
Imperium (quod aeternum cre-
debant fore) durabit: donec
sacra sient in Capitolio, & in
illud ascendent Pontifices ma-
ximi cum Vestali virgine. Sin-
gulis Idibus fiebant a Pontifi-
cibus in Arce sacrificia; quae
idcirco Idualia vocabantur.
Aliqua e Vestalibus semper a-
derat cum Pontifice maximo,
in omnibus sacrificiis; neq; ta-
men sacrorum verba ulla pro-
nunciabat, sed solus Pontifex
atque ideo dicitur *tacita*. Por-

80

Dicar, qua violens obstrepit Ausidus,
Et qua pauper aqua Daunus agresium
Regnavit populorum, ex humili potens,
Princeps Aelium carmen ad Italos
Deduxisse modos: Sume superbi-
am, Quae sitam meritis, & mihi Delphica
Lauro cinge volens Melpomene, comam.

ro centum gradibus in Capito-
lium ascendebatur.

Dicar, &c. Ordo est, ac sen-
tentia. Omnes in Italia (in qua
est fluvius Ausidus, & in qua
Daunus regnavit) dicent, ac
praedicabunt me, ex humili
potentem, id est, clarum ex ob-
scuro, & ignobili factum, Ae-
lium carmen, nempe lyricum,
deduxisse ad Italos modos, id
est, in Latium, in Latinam lin-
guam invehisse, principem,
primum omnium. Nemo enim
ante Horatium lyricos versus
Latinos fecerat. Vide lib. 2.
Odarum, Od. 10.

Violens. Antiquus, pro, vio-
lentus.

Ausidus. Fluvius Apuliae.

Daunus. In Apulia regna-
vit. Dicitur aqua pauper; quia
totus Apuliae tractus maxime
ficcus est, & aquarum inopia la-
borat. Fuit etiam in eadem Apu-
lia fluvius Daunus, a Rege
Dauno dictus; de quo isti ver-
suum possunt intelligi: fluvium
quippe regionibus imperitare

dicuntur apud Poetas.

Populorum. Verbum regno,
apud Graecos, cum gignendi
casu ponitur; quod hic Hora-
tius est imitatus, ut alia plera-
que. Agrestes dicuntur Apuli;
quia incultiores aliis Italiae po-
pulis erant.

Ex humili. Qui prius eram
humilis, & ignotus, nempe li-
bertini patris filius, &c.

Modos. Cantus, numeros.

Sume, &c. O Melpomene,
accipe in bonam partem hanc
qualemcumque meam arrogan-
tiam, qui mihi tam fidenter
immortalem gloriam ausim
polliceri: est illa meritis qua-
sita, & mihi jure concedenda,
atque ignoscenda. Erat Mel-
pomene una e Musis, Rhetori-
cae praeses. Vel Melpomene,
sume spiritus majores, gloria-
re meritis, & superba esto, me
vate.

Delphica. Apollinea, Del-
phis (qua civitas est Baeotiae,
juxta Parnassum) Apollo in pri-
mis colebatur, ac edebat ora-
cula.